

Rhod. It.Lips.

# Iter Lipsicum (literarische Beschreibung einer Reise Rhodomans von Lüneburg nach Leipzig und zurück im Jahr 1581)

Hauptverantwortlicher Editor: Thomas Gärtner

## Einleitung

---

Die Edition beruht auf dem Leipziger Druck von 1680. Der Leipziger Poetikprofessor und Bibliotheksdirektor Joachim Feller hat Rhodomans Gedicht laut Titelblatt nach einem Manuskript aus der Universitätsbibliothek Leipzig herausgegeben. Das diesem Druck zugrundeliegende Manuskript scheint im Laufe der Zeit verlorengegangen zu sein.

Das Gedicht kursierte offensichtlich schon vorher handschriftlich. Die V. 238–241 haben eine (bessere) Nebenüberlieferung in Michael Neanders *Orbis terrae partium succincta explicatio* (und von da aus in weiteren Werken, bspw. Stephan Ritters *Cosmographia prosimetrica*) (vgl. KLEMM 1884, 45).

In diesem lateinischen *Hodoeporicon* ("Reisegedicht") berichtet Rhodoman von einer Reise, die er zusammen mit dem befreundeten Apotheker Andreas Lemmel im Jahr 1581 von Lüneburg nach Leipzig und zurück unternommen hat. Die Reise umfasste laut Gedicht den Zeitraum vom 26. September bis zum 15. Oktober 1581.

Eine formale Besonderheit dieses Gedichtes besteht darin, dass in dem sonst lateinischen Text ein griechischer Vers zitiert und übersetzt wird. Es handelt sich um einen Vers vom Grabstein des Leipziger Griechischprofessors Petrus Mosellanus, der sich in der Leipziger Nikolaikirche befand (vgl. dazu WEISE 2024b, 52–55). [SW]

## Systematisierung

---

Sprache/Versmaß	Latein, Hexameter (hex)
Verse (gesamt)	373
Werkgruppe	Private Kommunikation, Gelegenheitsdichtung
Gattungszuordnung	Reisegedicht
Schaffensphase	Lüneburger Periode

## Überlieferung (Druck)

---

Titel	Iter Lipsicum confectum descriptumque anno Christi M D XIXC.
Autor	Rhodoman, Lorenz
Titel (überg.)	Laurentii Rhodomanni Iter Lipsicum confectum descriptumque anno Christi M D XIXC. nunc editum ex m(anu)s(crip)to Paulino publiceque illustratum
Autor (überg.)	Feller, Joachim
Ort / Drucker / Jahr	Leipzig · s.ed. · ca. 1680 (laut VD17)
Entstehung (Text) verm.	1581 (Titel)
Seitenabschnitt(e)	Ganzschrift
VD 17	14:052235A
Wichtige Standorte	ULB Halle · Pon Vb 230 (1); SLUB Dresden · Hist.Sax.H.1277
Weitere Ausg./Aufl.	Eisleben 1583 (VD 16 N 403); Marburg 1619 (VD 17 39:128949U)
Literatur	WEISE 2024b, 52-55; KLEMM 1884, 45; GÄRTNER 2016, 304
Personenbezüge	Lemmel, Andreas
Ortsbezüge	Leipzig; Magdeburg; Lüneburg

**Laurentii Rhodomanni  
Iter Lipsicum  
confectum descriptumque  
Anno Christ(i) M D XIXC.**

Tempus erat, medium quo Sol conscendere Librae  
luciferis properabat equis declivis ad austrum,  
quando dies noctis coepit minor esse tenebris  
et gravis exonerat variis se foetibus arbor,  
5 cum calcata novo spumat vindemia musto  
iamque anni longum pingues adducit in usum  
laeta sagina boves laniisque negotia praebet.  
et tunc Septembris vicesima sexta coruscus  
protulerat vultus blandosque emiserat Euros;  
10 post Mariae partum ter centum lustra, bis octo  
exierant, unus currebat et insuper annus:  
egredimur celeri Luneburgica moenia curru.  
nam patrias dulci repetens cum coniuge terras  
LEMMELIUS, nostrae qui pharmaca temperat urbi  
15 solerti Phoebea manu studioque fideli,  
me sibi desumsit comitem, cui pectora dudum  
ardebant cultas Mysorum visere terras  
et simul assiduas paulum seponere curas,  
formandae quas gignit amor mihi pubis et auget.  
20 a dextris igitur primum viridantia tempe  
linquimus Albovii, Lunae qui permeat urbem,  
perque tuam villam, gelidae cui nota paludis  
nomina, transimus, Vicedorpi, colle iacentem  
frugifero super, arridet cui multa voluptas.  
25 inde per arborum sulcos arbustaque cursu  
haud segni vecti cultam penetramus Ulyssam,  
Phoebus ut Hesperium se demittebat ad axem.  
mittitur hic dulci nobis plena amphora vino;  
fercula non stomacho desunt gratissima, non qui  
30 exhilaret sermo: tam se bonus obtulit hospes.  
est aliquid, si te longinqui e pulvere cursus  
vir bonus excipiat: cedit labor illico, cedunt  
taedia, quae via dura parit; tibi dulce reverso  
deinde domum grato sermone referre benigni  
35 hospitis officium; paucis, quos aequus amavit  
Iupiter, hoc studium est, ut comiter advena fessus  
tractetur fructumque sui bene sentiat aeris.  
at tenues afferre dapes et sternere lectos  
nullos aut duros scamnis magis unica virtus  
40 proque cibo nimium, pro potu poscere duplum.  
si quis vel musset contra, mox actio detur  
ingrati: „Quis te, confidentissime, nostras  
iussit adire domos? cur non diversa petebas  
limina?“ Sic ratio est loculos emungere nostra.  
45 ut vero cunctos mihi non tribuere benignos  
fata viae, sic hospitibus plerisque fruebar  
non adeo duris, non durus et ipse, Camenae,  
si me vel leviter vestris poliiis in umbris.  
iamque fere occidui tangebant limitis aequor  
50 defessi Titanis equi: rota nostra, per unam  
mille viam raptura, locis excessit amicis.  
huc perhibent quondam, si vera est fabula, natum

Laërtae vertisse ratem. nam dum aequora lustrat  
 exul et innumeras passim iactatur ad oras  
 55 effossum ob lumen Cyclopi, ad ultima ponti  
 venit Atlantiaci Neptuni concitus ira  
 per freta, quae Lybiam Tyriis a Gadibus arcant;  
 Baetidos inde legens oras atque ostia ditis  
 glauca Tagi proprio de nomine condidit urbem  
 60 nunc quoque percelebrem, mox Gallica littora radens  
 Belgarumque sinus placidum succedit in Albim,  
 intrat et Albovium; sed ubi se paene videbat  
 ad caput evectum, cupiens reflectere cymbam  
 in ripa tenerae fundamina collocat urbis,  
 65 hanc et Ulysseam iubet appellare minores.  
     talia dum repeto mecum, iam fessus in undam  
 Sol ruit, atque humiles coepere nigrescere valles,  
 et iam Virenum gremio nos excipit udo,  
 hospes ubi nimio madefactus viscera zytho,  
 70 dum redit a sacro pueri baptismate, gratos  
 exhibuit lusus; sic deficiente iocorum  
 materia iocus ipse fit haud incommodus hospes.  
     vix medios cursus nox intempesta peregit,  
 quando revertentem supera ad convexa salutant  
 75 Martis aves Solem: stratis auriga sepultos  
 excitat et longum denunciat esse diei  
 huius iter; somno mox vestimenta repulso  
 iniicimus membris precibusque ad sidera fuis  
 pergimus in tenebris, quo nos rapit ungula, saepe  
 80 laevum spectantes latus aetheris, unde pudicos  
 Tithoni linquens thalamos exurgeret Eos.  
 dumque hymnos canimus sacros coelique figuras  
 signamus manibusque oculisque ex ordine pulcras,  
 Nox abit, et rutilis effert se Aurora capillis.  
 85     hei mihi, quae facies terrae, quam vasta patescit  
 hic regio; steriles passim dominantur ericae;  
 si quid agri, totum siccis iacet obrutum arenis.  
 nusquam oculis obstant pecudes, casa rustica nusquam;  
 hic locus, o Timon, tibi commodus: hic tibi nulli  
 90 offendant homines visum. vix Africa tellus  
 est deserta magis, vastis ubi cinctus arenis  
 quaeritur ignotis a consultoribus Hammon.  
 infidis dedit has Henetis fors iusta latebras,  
 foedera dum toties rumpunt et Teutonas armis  
 95 exercent vetitis. nam gens ea lata per oras  
 Saxoniae coluit turpi sua numina ritu,  
 donec nos domuit crebris leo Martius armis  
 et servare fidem cum relligione malignas  
 vi docuit mentes. sed ne tamen illud abiret  
 100 absque iocis biduum loca per deserta, faceti  
 fecerunt iuvenes, quos vespera proxima nobis  
 addiderat comites. prono iam lumine Phoebus  
 ad Tartessiacy vergebat littora ponti,  
 cum nos Marchiacy celebratum nectare zythi  
 105 Garlebium fessos blandis complectitur ulnis,  
 urbs vetus atque situ non aspernanda locorum;  
 cuius non impune ferox illuserit hostis  
 moenibus et fossis et quos ad sidera tollit  
 aggeribus, tutae nisi longa incuria pacis  
 110 negligeret validi munimina fortia Martis.  
     di faxint, cunctas ut pax tam fida per urbes  
 Teutoniae vero cum relligionis honore  
 regnet, in armorum latebris ut araneus amplas

expandat telas et duri vomeris usus  
 115 aut situs antiquae rubignis exedat enses;  
 tunc labor agricolae fervet, pastoria fervet  
 musica, doctiloquae studium viget artis et omnis  
 virtutis decus, et Saturnia secula currunt,  
 lustitiaeque tenax Astraea perambulat orbem.  
 120 hic etiam nobis affabilis obtigit hospes,  
 fercula qui posuit gratissima, pocula fudit  
 dulcia, iucundis tenuit sermonibus aures.  
 tertia lux rursus clarum reserarat Olympum:  
 nos moles currus et fumans sudor equorum  
 125 ducere per densas vestigia cogit arenas,  
 ingredimur donec crebra nemus arbore densum,  
 quod centum stadiis atque amplius in latus austri  
 excurrit, cervis locus haud incommodus et non  
 ingratas praebens saevis praedonibus umbras.  
 130 heu, quoties sylvae tendens per opaca viator  
 perdidit infelix vitae cum lumine merces,  
 pavit et obscoenos profuso sanguine ventres.  
 vix bene reiectae fuerant ad terga latebrae  
 infidae: nobis se Wolmerstadia praebet  
 135 culmine spectandam vario; quam diligit aulam,  
 qui tua, Parthenope, feliciter arva gubernat,  
 dum pietatis opus, doctas dum promovet artes.  
 hanc undare solens pluvialibus Ora fluentis  
 alluit et cultos ab ericis dividit agros.  
 140 hinc etenim, qua vix est ulla ferocior arvis  
 Teutonicum cunctis, gremio se terra benigno  
 explicat, et passim magni sua culmina pagi  
 ostentant; hic Pana vides Cereremque frequentes,  
 si iuvat ex coelo mortales visere terras.  
 145 Fama refert, nuper Clariis quam Phoebus ab antris  
 emisit, quondam cum squamea colla draconum  
 sub iuga Triptolemus mittens per inane volaret,  
 spargeret et cunctis sibi credita semina terris,  
 hoc aliis voluisse solum praeponere: tantum  
 150 arrisit Genius, tantum Fortuna locorum.  
 proxima sed lustrans Thyringidos ubera glebae  
 flava Ceres subito famulum clamore vocabat:  
 „Huc ades, haec tellus primos sibi poscit honores.“  
 Non spernanda tamen laus est retinere secundos.  
 155 has Langobardos olim proscindere glebas  
 fabula nota canit, cum nondum Paeonas armis  
 subdiderant, nondum super Alpes agmine ducto  
 invicto sceptris Insubria regna premebant,  
 si modo non prisci vestigia nominis errant.  
 160 incumbebat humo currus Phaëthontis, et urbem  
 virgineis dictam de turribus ecce subimus.  
 „Salve, per terras merito clarissima nostras  
 urbs,“ dixi, „tua laus altum transcendit Olympum.  
 ter tria lustra abiere, tibi cum Caesaris ira  
 165 incussit duri tristissima fulmina Martis,  
 Sphingis ut Ausoniae teterrima monstra probares.  
 sed vero Christi pro dogmate proque salute  
 aeterna, patriae pro libertatis honore  
 excipis imperii vires totius et arces  
 170 fortiter et defensa tui sub numine Christi  
 usque manes. nam quando feros erumpis in hostes,  
 angelicae semper praeferunt signa cohortis,  
 donec transactus tibi pacem reddidit annus  
 invictae et docuit, pia quid constantia possit.

175 quid tibi pro meritis referam, fidissima nutrix,  
 quae me fovisti totum studiosa per annum?  
 sit tibi prosperitas nullo violabilis aevo."  
 hic nos hospitio consul dignatur aperto  
 180 vir gravis. at postquam nigras lux quarta tenebras  
 dispulerat, celeramus iter, nec coeca moratur  
 tempestas pluviae gravida de nube cadentis.  
 transmeat australi dictum de cardine vicum  
 axis coenobiumque ferens cognomina Montis  
 185 radit, ubi verae nuper fundamina pacis  
 in rebus fidei mystae iecere verendi.  
 et mox Albiacis a laeva tingitur undis  
 Schonbecumque volat praeter Salsamque salinis  
 foecundam, medioque dies cum vertitur axe,  
 invehimur Calbam, nomen qua perdit in Albi  
 190 Sala vetus, Thyringiadam regnator aquarum.  
 hic Fortuna mihi largo dat prandia sumtu;  
 Bacchus adest rubro cyathos alboque coronans  
 antiquosque cados retinens. sed ne illa voluptas  
 longa foret (sicut longa est vix ulla voluptas),  
 195 fecerunt comites, dirae formidoque pestis.  
 occurrit laeva comitum clarissima sedes  
 Barbia et a dextra Bernburgi castra vetusti,  
 devexoque Aconae tradit nos Vesper Olympo.  
 urbs vetus illa quidem directis condita vicis,  
 200 quatuor adverso decorant quam tramite portae  
 in formam crucis oppositae, nec mercibus olim  
 inferior fuit, ut perhibent, tibi Lipsia claris,  
 et situs hoc latum praestare videtur ad Albim.  
 sed quid non mutat sors et cariota vetustas?  
 205 nunc vix oppiduli nomen tutatur agrestis.  
 transigitur nobis hic inter gaudia noctis  
 pars bona. quinta dies sed ubi se prodidit orbi  
 coniuge dilectas inter remanere sorores  
 iussa LEMMELIUS mecum discedit, et illa  
 210 nos Cota nocte tenet. nihil hic optabile deficit:  
 aulaedi<sup>(26)</sup> variis mulcent concentibus aures  
 hospite sic curante, tibi qui multa favoris  
 signa dat, Andrea. nec enim tenus ore, sed ipsis  
 affinem rebus se declaravit amicum.  
 215 interea somno dum tempora iusta negamus,  
 excitum Stygio nobis sese obiicit antro  
 (horresco referens) monstrum, quod protinus omnem  
 laetitiam delevit iterque inamabile fecit.  
 sexta dies aderat: Montem Regionis, ut arcem  
 220 cum pago vocitant, petimus temone citato  
 et prope Delitium; per fertilis aequora campi  
 pergimus ad muros, geminus quos alluit amnis  
 Pleissa minor fortisque trahens cognomen Elyster.  
 huc ferimur tandem, cum vespera prima calendas  
 225 Octobris, sacrae finiret et otia lucis.  
 hic ego non aliter, quam si mercator onustus  
 aere forem (quo nostra tamen valde indiga merx est:  
 quis modo Pieridum pro mercibus aera rependat?),  
 hospitium subeo lautum, quod turba frequentat  
 230 Arcadio dilecta deo, cui dulce lucellum est,  
 et simul accumbens, simul optima fercula sumens  
 et simul evacuans spumantis pocula Bacchi  
 sum quasi mercator; sed me vox dissona prodit  
 bisque duos insumo dies, noxque additur una,

235 per vicos dum, clara, tuos, per templa, per aedes  
 lumine suspensio, cupido pede, Lipsia, oberro,  
 cor avidum saturans variarum indagine rerum.  
 quid varias referam merces, quas congerit illuc  
 240 Albis, Arar, Rhenus, Tamesis, Padus, Ister, Iberus,  
 Nilus et Euphrates et, quem bibit India, Ganges  
 inque novo plures quas repperit orbe Columbus.  
 quid celebrem tantis constructas molibus aedes,  
 queis se Teutoniae primas iactaverit urbes  
 inter et, ut par est, respondent sumtibus artes.  
 245 tota fori regio nitet auro, marmore fulget  
 Phidiaco, splendet regali curia luxu.  
 quid moror? antiquos ita vix habitasse putandum est  
 Ausonidum et Graium proceres, non Inachus aula  
 tali se clarum, non Romulus ipse ferebat.  
 250 quid mores hominum memorem vocisque lepores?  
 cultius haud aliud, qua se Germania tendit.  
 quid geniale solum dicam? quid florida circum  
 tempe? quid fluvios? quid commoda caetera narrem?  
 haec alii cecinere; mihi fuit una voluptas  
 255 doctorum gratam mihi conciliare virorum  
 notitiam: longa ista viae mihi lucra petuntur.  
 primus erat veri mihi SELNECCERUS amoris  
 argumenta ferens, longum quem Christus in aevum  
 praesidium lumenque sui conservet ovilis,  
 260 fortiter ut rabidos fidei depugnet in hostes  
 eloquio, quo coelipotens se spiritus armat,  
 seu levet afflictos seu colla superba retundat.  
 Mauritiusque sui mihi pignora certa favoris  
 exhibuit medicam tractans, STEINMETZIUS artem  
 265 non minus eventu felici ac pectore docto,  
 Uraniae mystes, quo vix solertior alter,  
 explicat altivagi cursumque et sidera coeli.  
 hic me cum placidis mensa dignatur amicis  
 hospitiumque ultro defert, ne caetera dicam,  
 270 quae sincerus amor patriae et coniunctio terrae  
 officio deferre mihi iussere fideli.  
 hic, WALTHERE, tui mihi limina pandis amoris,  
 cui quam voce doces, placidam regit Ethica mentem.  
 et tu siderei scrutans mysteria cursus,  
 275 Mauritiu frater, dulci mihi iungere nexu,  
 quem vis nulla mihi, nullum dissolverit aevum.  
 tu quoque, amicitiae non ultima portio nostrae,  
 TRUBENBACHE, venis, logicen cui tradit Apollo.  
 vos etiam censere novos iuvat inter amicos  
 280 Finckelthusiaca duo candida pectora gentis.  
 nec te praeteritum nunc, optime IANE, putabis,  
 quo domus ad nitidum Steinmezia surgit honorem.  
 tu lateri nostro comes indivulsus adhaeres,  
 dum lego, dum relego vestram memoranda per urbem.  
 285 te duce veriloquis collegia dedita Musis  
 ingredimur; duce te tot millia clausa librorum  
 et pictas lustris tabulas et mira dearum  
 organa Pegasidum tacitis latitantia capsis;  
 te duce doctorum video simulacra virorum  
 290 atque Mosellani spithamas vix quatuor altam  
 effigiem Petri, notat hoc quem carmine saxum:  
 ‚Μικρός ἔην ῥώμην οὐτός, γνῶμην δὲ μέγιστος.  
 Corpore parvus erat, sed pectore maximus iste.  
 Et quid plura? satis bonitas tua pignoris edit,  
 295 quod sub doctiloquo florens Ilfelda Neandro

te mihi non ficto quondam sociarit amore.

venerat, Octobres iam lux quae proxima Nonas  
anteit optatas, ubi linquere cogor amicos.

Lipsia clara, vale: proprium decus adsere Musis  
et proprium Christo: feliciter omnia cedent.

300 ergo Ranstadium, sapiens ubi Morio natus  
dicitur, et Luzam noster cito pervolat axis  
post mediumque diem Niveae nos subvehit Arci.  
hic cum LEMMELII germano legimus uvas  
305 maturas, et praela novum dant fervida mustum,  
per biduumque illic nos detinuere sodales  
colloquiis, ludis, concentibus; omnia, laetos  
quae faciant animos, hic promit amica facultas.

altera post Nonas lux nos tulit inde frequentes  
310 per villas, per agros cultos, per vivida tempe.  
dextera Marspurgum nobis ostendit, at isthinc  
atra lues suadet cautos deflectere cursus,  
plus quam mille homines ubi menstrua luna voravit.

illustrabat humum cum sol altissimus, Halae  
315 transgredimur pontem: sed non data copia fontem  
tunc salis et crebris decoratam turribus arcem  
eximiasque domos speciosaque visere templa:  
pestiferas adeo spargebat Apollo sagittas.

ergo Gibichstenium munitam praesulis arcem,  
320 Parthenopaea, tui Petrinique ardua montis  
culmina transimus, qua Saxonis ora propinquam  
suspicit Hercyniam, patriae incunabula nostrae.

fertilis hic iterum vectos per iugera campi  
Sorbecum praeter Cota nos accepit, Olympum  
325 Nox ubi stelligerum fuscis amplectitur alis.  
postea non miti nos adspirante reduxit  
lux Aconam vento; tunc nos Hymenaeus amicis  
adiungens epulis faciles ex tempore Musas  
vota monet castis solennia condere taedis.

330 tres fluxere dies, et nos Roseburga per undas  
transvectos Salae Bardorum sistit in arvis.  
iamque micant iterum turres, quos duxit Othonis  
scepترigeri pietas ad celsi nubila coeli,  
Vandalicis quando minuit sua regna colonis.  
335 hic olim ficta sub religione pudendum  
numen Acidaliae, Charitum et simulacra colebant,  
nomina et hinc urbi restant, insignia restant.

condiderat nondum roseus sua lumina Phoebus  
a terra tantum distans, quantum eminet arbos.  
340 intramus portas et noti consulis aedes.

urget amor, stimulat reverentia visere SACCUM  
spectatum bonitate virum, cui nostra Latini  
carminis auspiciis, Graii ceu Musa Neandro  
debet: ab his Helicon aliquos mihi sufficit haustus.

345 bis duo lustra mihi studiosae abiire iuventae,  
cum tria lustra ferens patriae communis ab oris  
discendi cupido perductus amore magistrum  
hunc adii; benefacta viri quid plurima narrem?  
suscipit auxilioque inopem solatur alumnum  
et, quod praecipuum est, facilem mihi monstrat ad  
350 amnes

Castalios aditum. sed quae mea saepe moratur  
commoda, tunc etiam sors obstitit improba coeptis.  
non etenim licuit mites cognoscere vultus,  
non licuit vivas audire et reddere voces.  
355 nec, SCHROEDERE, mihi tecum fit copia fandi,

interpres legum doctissime, quem schola notum  
doctiloqui quondam Sacci mihi sedula fecit.

360 quod restat, triduo nos per loca nota revexit  
angelus ipse DEI. prima nos luce recepit  
Garlebium, Virena dehinc; ut tertia vero  
Idibus Ausoniis, nato et pro more piorum  
sacra Dei, tauro auro† gelidas exciverat auras,  
flectit Ulysseam veteremque allabitur urbem  
365 rheda; sacris olim fuit haec addicta puellis,  
cum veteri sacrum ritu nunc perdidit usum.  
vana hominum sancita: Dei vox durat in aevum.

iamque manus quartam signabat vesperis horam,  
cum mea me salvum domus et schola salva recepit.  
370 gratia, Christe, tibi, quod nos per mille viarum  
casus, per saevae contagia lurida pestis  
incolumes reddis: fac, ut tibi grata geramus  
ad finem; finemque ideo tibi carminis huius  
dedico, quod fidis me texere iuvit amicis.

**Lorenz Rhodmans  
Reise nach Leipzig,<sup>(1)</sup>  
vollführt und beschrieben  
im Jahr Christi 1581**

Es war die Zeit, wo der Sonnengott die Mitte der Waage<sup>(2)</sup> zu besteigen  
eilte mit seinen lichtführenden Pferden, gen Süden abwärtsfahrend,  
als der Tag begann, kürzer zu sein als die Finsternis der Nacht,  
und als der (von Früchten) beschwerte Baum sich der verschiedenen Früchte entledigte,  
5 als die gestampfte Weinlese sich schäumend in frischen Most ergießt  
und schon die reichliche Mästung die fettgewordenen Rinder ihrer jährlichen  
langerwarteten Verwendung zuführt und den Schlachtern neue Arbeit bereitet.  
Und dann hatte der 26. September sein funkelndes Antlitz  
vorgezeigt und schmeichelnde Südostwinde hervorgebracht;  
10 nach der Niederkunft Mariens waren dreihundert und sechzehn Jahrfünft  
vergangen, und ein weiteres Jahr [1581] war im Begriff zu vergehen:  
Da verlassen wir die Stadtmauern von Lüneburg mit einem schnellen Wagen.  
Denn seine heimatlichen Gefilde suchte LEMMEL<sup>(3)</sup> mit seiner geliebten  
Gattin auf, der für unsere Stadt (Lüneburg) die Arzneien der Heilkunst mischt  
15 mit kundiger Hand und zuverlässigem Eifer,  
und mich nahm er als seinen Begleiter (in die Kutsche); denn mein Herz brannte schon lange danach,  
die wohlbebauten Ländereien der Myser [der Bewohner Meißen] <sup>(4)</sup> zu besuchen  
und zugleich die unablässigen Sorgen für kurze Zeit von mir zu schieben,  
welche die liebevolle Unterweisung der Jugend bei mir erzeugt und ständig nährt.  
20 Zur Rechten verlassen wir also zunächst das grünende Tal  
der Ilmenau, welche Lüneburg durchströmt,  
und fahren durch Dein Dorf, Witzendorff<sup>(5)</sup>, welches den bekannten Namen  
„Kaltenmoor“ trägt; dieses liegt oberhalb eines  
fruchtbaren Hügels, und in ihm lacht reichliche Anmut.  
25 Dann durchqueren wir, durch gefurchte Fluren und Waldungen in nicht  
langsamem Lauf fahrend, das wohlbebaute Uelzen,  
sowie sich der Sonnengott zur westlichen Himmelsachse absenkte.  
Hier wird uns eine Amphore voll von süßem Wein geschickt,  
und auch höchst angenehme Speisung fehlt unserem Magen nicht, und auch (fehlt) kein  
30 Gespräch, welches uns erheiterte; so gut war der Gastgeber, der sich uns hier anbot.  
Es hat eine gewisse Bedeutung, wenn Dich nach dem Staub eines langen Weges  
ein guter Mann gastlich aufnimmt:<sup>(6)</sup> Dann weicht sogleich die Mühe (aus Deinem Herzen), es weicht  
der Ekel über die Widrigkeiten, welche der Weg mit sich bringt; dann ist es Dir angenehm, wenn Du danach  
nach Hause zurückgekehrt bist, Dich in dankbarer Rede an den Dienst Deines freundlichen  
35 Gastgebers zu erinnern; nur wenigen, welche der gerechte Jupiter geliebt hat,<sup>(7)</sup>  
eignet das Bemühen darum, dass ein erschöpfter Ankömmling freundlich  
behandelt wird und die Frucht seines Herberglohns zu seinem Vorteil zu spüren bekommt;  
sondern (bei den meisten) gilt es als einzige Tugend, nur spärliche Speisen zu servieren  
und überhaupt kein Bett zu breiten oder nur einen harten Schemel [?]  
40 und für das Essen zuviel, für den Trank das Doppelte zu verlangen.  
Wenn einer gegen diese Behauptung nur einen Mucks äußern sollte, so soll ihm (beispielshalber hier) die  
Argumentationsweise eines Undankbaren  
vorgeführt werden: „Wer hat Dich, Du allzu Selbstgewisser, aufgefordert, mein  
Haus zu betreten? Warum hast Du nicht eine andere Schwelle  
aufgesucht?“ So ist es unsere (der Menschen) übliche Handlungsweise, die Börse (eines Gastes) zu prellen.  
45 Zwar hat mir wahrlich das Schicksal meiner Reise nicht ausschließlich gütige (Gastgeber) gegeben;  
doch andererseits waren die meisten Gastgeber, die ich genoss, nicht  
so grausam, und auch ich war kein so schrecklicher Gast, ihr Musen,  
wenn Ihr mir an Euren schattigen Plätzen nur leichten Glanz verschafft habt.  
Und schon berührten die Pferde des erschöpften Sonnengotts beinahe  
50 das Meer an der westlichen Weltgrenze: Da verließ das Rad unseres Wagens,  
das tausend Leute über einen Weg führen sollte (?), den freundlichen Ort.  
Hierhin, so erzählt man, wenn die Geschichte wahr ist, soll einstmals der Sohn des

Laërtes [Odysseus]<sup>(8)</sup> sein Schiff gewandt haben. Denn während er landflüchtig über die Meere streifte und an unzählige Küsten ringsum getrieben wurde

55 wegen des ausgeschlagenen Zyklopen-Auges,<sup>(9)</sup> kam er zuletzt durch die Enge des Atlantischen Meeres, getrieben vom Zorn Neptuns, durch die Enge, welche Libyen [Afrika] vom tyrischen Gades [Cádiz] trennt; dann folgte er dem Küstenlauf von Spanien und der gräulichen Mündung des reichen Tagus [heute Tejo] und gründete eine Stadt nach seinem eigenen Namen [Lissabon, lat. *Olisipo* bzw. *Ulyssipo*],

60 die auch jetzt noch hochberühmt ist; bald kratzte er an der gallischen [französischen] Küste und am Meebusen der Belger und trat in die sanfte Elbe, dann auch in die Ilmenau; aber sobald er sah, dass er beinahe bis zur Quelle vorgedrungen war, wollte er sein Schiff zurückwenden und betrieb am Ufer die Gründung einer kleinen Stadt;

65 und diese hieß er die Nachfahren „Ulysee“ [„Uelzen“] nennen. Während ich darüber bei mir nachdachte, ging die Sonne, völlig erschöpft, ins Meer unter, und die niedrigen Täler begannen, sich schwarz zu färben, und schon nahm Virenum [Wieren?] <sup>(10)</sup> uns in seinem feuchten Schoß auf, wo unser Gastfreund, allzusehr in seinem Inneren vom Gerstensaft befeuchtet, während er von der heiligen Taufe seines Sohnes zurückkehrte, ein angenehmes

70 Schauspiel bot; so wurde, da der Stoff zu Späßen ausging, der nicht unpassende Gastgeber persönlich zum Spaß. Kaum vollendete die tiefe Nacht ihren mittleren Lauf, als die Vögel des Mars [Spechte?] den Sonnengott begrüßen, der zum oberirdischen Gewölbe zurückkehrt: Da weckt uns der Wagenlenker, die wir in unseren

75 Betten begraben sind, und kündigt uns an, dass der an diesem Tag zurückzulegende Weg lang sein wird; sogleich stoßen wir den Schlaf von uns, werfen Kleider über unsere Leiber, richten ein Gebet an den Himmel und brechen in der Dunkelheit auf, wohin uns der Pferdehuf treibt; dabei blicken wir oftmals

80 zur linken Seite des Himmels, wo die Morgenröte schamhaft das Bett des Tithonos verlässt und aufgeht. Und während wir heilige Lieder singen und mit Händen und Augen der Reihe nach die schönen Himmelsfiguren nachzeichnen, verschwindet die Nacht und hebt sich die Morgenröte mit rötlichen Haaren empor.

85 Weh mir, welche Gestalt die Erde hatte, wie öde sich hier der ganze Raum öffnet; ringsum dominieren unfruchtbare Heidegewächse<sup>(11)</sup>, wenn es ein wenig Ackerland gibt, so liegt es ganz verborgen unter dem trockenen Sand. Nirgends stehen Nutztiere unseren Augen entgegen, niegendwo gibt es die Hütte eines Landmannes; hier wäre ein Ort, der für Dich passte, Timon; hier stören keine Menschen

90 Deinen Blick.<sup>(12)</sup> Kaum ist das Land von Afrika noch verlassener, wo der von Sand umgebene Gott Ammon von unbekanntem Konsulenten aufgesucht wird.<sup>(13)</sup>

Ein gerechtes Geschick hat den Henetern<sup>(14)</sup> diese verborgene Gegend zugewiesen, während sie so oft Bündnisse brechen und die Deutschen mit ihren

95 frevelhaften Waffengängen quälen. Denn dieses Volk verbreitete sich in den Gefilden Sachsens und verehrte hier ihre Gottheiten mit schändlichem Kultwesen, bis uns der kriegerrische Löwe [Heinrich der Löwe] mit seinen dichten Waffen bezähmte und die bösen Herzen gewaltsam lehrte, den Glauben mit seinen religiösen Bräuchen zu bewahren. Aber damit uns diese zwei Tage nicht ohne Späße

100 in der öden Gegend vorübergingen, dafür sorgten witzige junge Männer, die der letzte Abend uns als Begleiter beigegeben hatte. Schon neigte sich der Sonnengott mit abwärts geneigtem Licht zu den Küsten des spanischen Meeres,

als uns Gardelegen, berühmt durch den Nektar des märkischen Gerstensafts (Garley-Bier),

105 in unserer Erschöpfung schmeichelnd mit seinen Armen umpfing, eine alte Stadt, die infolge ihrer geographischen Position nicht zu verachten ist; ein grausamer Feind könnte nicht ungestraft sein Spiel treiben mit den Mauern, Gräben und Wällen dieser Stadt, die sie bis zu den Sternen emporhebt, wenn nicht die lange, sich aus einem sicheren Frieden ergebende Sorglosigkeit die starken Befestigungen gegen gewaltige Angriffsbemühungen vernachlässigen würde.

110

Mögen die Götter dafür sorgen, dass ein so zuverlässiger Friede<sup>(15)</sup> in allen Städten Deutschlands zusammen mit dem wahren Respekt vor der Religion herrsche, so dass die Spinne in den abgeschiedenen Lagerorten der Kriegswaffen geräumige Netze ausbreiten und die Neuverwendung durch einen harten Pflug oder die Verunreinigung durch alten Rost die Schwerter zerfressen kann;

115 dann siedet die Mühe des Landmannes, ebenso glüht die Muse des Hirten, die Bemühung um die Kunst der Berdsamkeit blüht und ebenso die Zierde jeglicher Tugend, und die Jahrhunderte des Saturn [d.h. das goldene Zeitalter] nehmen ihren Lauf, und die Göttin Astraea wandelt in inniger Verbindung mit der personifizierten Gerechtigkeit durch die Welt.<sup>(16)</sup>

120 Auch hier wurde uns ein umgänglicher Gastwirt zuteil, der uns höchst angenehme Speisen vorsetzte, süße Becher strömen ließ und mit angenehmen Erzählungen unsere Ohren erfreute. Dann hatte wiederum der dritte Tagesanbruch den klaren Himmel entriegelt: Die Masse des Wagens sowie der dampfende Schweiß der Pferde lässt uns

125 die Hufe durch den dichten Sand führen, bis wir einen Wald betreten, der dicht bewachsen von zahlreichen Bäumen ist; dieser erstreckt sich hundert Stadien und länger in Richtung Süden, ein nicht ungeeigneter Ort für Hirsche, der zudem auch Schatten bietet, welche grausamen Räubern nicht unangenehm sind.<sup>(17)</sup>

130 Ach, wie oft verlor ein Wanderer, der durch den finsternen Wald strebt, seine Waren zusammen mit dem Lebenslicht (der Unglückliche!) und nährte widerwärtige Bäume durch das Blut, welches er vergoss. Kaum hatten wir recht diesen unzuverlässigen Hinterhalt hinter unserem Rücken zurückgelassen: da bietet sich Wolmirstedt mit seinen verschiedenen Hügeln

135 unseren Blicken dar; diesen Hof liebt der Fürst, der glücklich die Fluren von Magdeburg regiert, während er das Werk der Frömmigkeit, während er die gelehrten Künste fördert.<sup>(18)</sup> Diesen Ort bespült die Ohre, die von Regenfluten zu strömen pflegt, und teilt das bebaute Land von den Heidegewächsen.

140 Von hier nämlich erstreckt sich ein Land mit gütigem Schoß,<sup>(19)</sup> in Vergleich zu welchem es kaum ein fruchtbareres in den gesamten Fluren der Deutschen gibt, und ringsum zeigen die gewaltigen Gaue ihre Anhöhen; hier sieht man (den Hirtengott) Pan und (die Ackergöttin) Ceres häufig umhergehen, wenn es ihnen beliebt, die Länder der Sterblichen vom Himmel aus zu besuchen.

145 Die Göttin des Gerüchtes (Fama), welche neulich Phoebus aus der Grotte von Klaros entsandt hat, vermeldet, dass, als einst Triptolemus die schuppigen Schlangenhäse unter das Joch schickte, durch die Luft flog und die ihm anvertrauten Samen an alle Länder verteilte, habe er diesen Boden anderen (Ländern) vorziehen wollen; so sehr lachte der Genius der Gegend, so sehr ihr Glück.

150 Als aber die blonde (Ackergöttin) Ceres die nächstgelegenen Ackerböden der thüringischen Scholle inspizierte,<sup>(20)</sup> rief sie mit plötzlichem Geschrei ihren Diener [Triptolemus] herbei: „Komm hierher: Dieses Land verlangt für sich die erste Ehrenstellung!“ Und doch ist es kein verächtliches Los, nur die zweite (Ehrenstellung) innezuhaben.

155 Eine bekannte Geschichte erzählt, dass einst die Langobarden diese Schollen pflügten, als sie noch nicht die Ungarn mit ihren Waffen unterworfen hatten, als ihr unbesiegbares Herr noch nicht über die Alpen geführt worden war und sie noch nicht mit ihrem Zepter das Reich von Mailand unterdrückten – sofern nur nicht die Spuren ihres alten Namens in die Irre gehen.

160 Der Wagen des Phaethon [Sonnenwagen] senkte sich noch nicht auf die Erde: Da betreten wir bereits (schau nur!) die Stadt, die ihren Namen nach den jungfräulichen Türmen trägt [Magdeburg = Parthenopolis]. „Sei gegrüßt, Du Stadt, die Du zurecht in unseren Landen den höchsten Ruhm hast!“; sagte ich, „Dein Lob übersteigt den hohen Olymp. Dreimal drei Jahrhünfte sind vergangen, seit Dir der Groll des Kaisers

165 die schlimmsten Blitzschläge des harten Kriegsgottes versetzt hat,<sup>(21)</sup> damit Du die gräßlichen Monstrositäten der römischen Sphinx (des Papstes) guttheiße. Aber für die wahre Lehre Christi und für das ewige Heil und für die Ehre, die in Deiner ererbten Freiheit liegt,

- hältst Du die Kampfkraft des gesamten Reiches aus und drängst sie  
 170 tapfer zurück und bleibst unter dem göttlichen Walten Deines Christus  
 für immer geschützt. Denn sooft Du einen Ausbruch gegen die wilden Feinde unternimmst,  
 so strahlen vor Dir stets die Feldzeichen einer Kohorte von Engeln –  
 bis Dir der Ablauf eines Jahres den Frieden zurückgab,  
 ohne dass Du besiegt warst, und Dich lehrte, was fromme Standhaftigkeit vermag.<sup>(22)</sup>  
 175 Was soll ich Dir für Deine Verdienste erwidern, meine überaus treue Ernährerin,  
 Die Du mich ein ganzes Jahr hindurch eifrig versorgt hast?<sup>(23)</sup>  
 Möge Dir Dein Wohlstand zu keiner Zeit verletzt werden können.“  
 Hier (in Magdeburg) würdigt uns der Bürgermeister<sup>(24)</sup> einer öffentlichen Bewirtung,  
 ein bedeutender Mann. Aber nachdem der vierte Tag die nächtliche Dunkelheit  
 180 vertrieben hatte, eilen wir unseres Weges, und nicht hält uns ein finsternes Unwetter  
 auf in Gestalt eines Regenschauers, der aus einer wassergeschwängerten Wolke herabstürzt.  
 Dann passiert der Wagen das Dorf, welches nach dem südlichen Wendepunkt benannt ist [Sudenburg]  
 und berührt das Kloster, welches den Beinamen „Berge“ trägt,  
 wo neulich in Sachen des Glaubens ehrenwerte Priester  
 185 die Fundamente des wahren Friedens legten.<sup>(25)</sup>  
 Und bald darauf wird er (der Wagen) zur Linken von den Wogen der Elbe benetzt  
 und fliegt an Schönebeck vorbei und an Salsa [Bad Salzellen?], fruchtbar  
 an Salzminen, und als der Tag sich hoch in der Mitte des Himmels wendet,  
 fahren wir in Calbe ein, wo die alte Saale ihren Namen  
 190 in der Elbe verliert, die Saale, der Herrscher unter den thüringischen Gewässern.  
 Hier gewährt mir das Glück ein Frühstück mit reichlichem Prunk;  
 Wein ist zur Stelle, der mit Rot und Weiß die Becher kränzt  
 und in alten Fässern aufbewahrt wird. Aber dass dieses Vergnügen  
 nicht lange dauere (wie ja kaum jemals ein Vergnügen lange währt),  
 195 dafür sorgten unsere Gefährten und die Furcht vor der schrecklichen Pest.  
 Zur Linken begegnet der hochberühmte Wohnsitz der Grafen,  
 Barby, und zur Rechten das Schloss des sehr alten Bernburg,  
 und der Abend mit dem abschüssigen Lauf der Sonne übergibt uns der Stadt Aken,  
 Hierbei handelt es sich um eine alte Stadt, die mit geraden Straßenzügen gebaut ist,  
 200 welche vier Stadtttore mit gegenüberliegenden Wegen schmücken,  
 die in Form eines Kreuzes einander entgegengesetzt sind, und die einstmals hinsichtlich ihres ausgezeichneten  
 Handels  
 nicht einmal Dir, Leipzig, unterlegen war, wie es heißt.  
 Und diese Qualität scheint ihr ihre Lage an der breiten Elbe zu ermöglichen.  
 Aber was verändert nicht das Geschick und das Verwesung bringende Alter?  
 205 Jetzt bewahrt Aken kaum den Namen einer Landkleinstadt.  
 Hier verbringen wir einen guten Teil der Nacht  
 in einem freudigen Gelage. Aber sobald sich der fünfte Tag dem Erdkreis geöffnet hatte,  
 hieß Lemmel seine Gattin im Kreise ihrer geliebten Schwestern verbleiben  
 und geht mit mir fort, und in jener Nacht  
 210 beherbergt uns Köthen. Nichts Wünschenswertes fehlt uns hier:  
 Flötenspieler schmeicheln mit mannigfachen Gesängen unsere Ohren,  
 wobei unser Gastgeber hierfür sorgte, der Dir, Andreas (Lemmel), viele Zeichen  
 seiner Zuneigung darbietet. Nicht nämlich nur dem Munde nach, sondern durch konkrete  
 Leistungen bekundete er seine freundschaftliche Verbundenheit.  
 215 Inzwischen, während wir dem Schlaf die ihm gebührende Zeit verweigerten,  
 begegnete uns das aus dem Abgrund der Unterwelt emporgekommene Ungeheuer (die Pest),  
 bei welcher Erinnerung mich schaudert: Dieses zerstörte sogleich alle Fröhlichkeit  
 und machte uns die Reise unerfreulich.  
 Der sechste Tag (der Reise) war da: Landsberg, wie man die Festung  
 220 mit dem Landbezirk nennt, erstreben wir mit schnellem Wagen  
 und das nahegelegene Delitzsch; durch eine Ebene fruchtbaren Feldes  
 reisen wir zu den Mauern (Leipzigs), welche zwei Flüsse bespülen:  
 die kleinere Pleiße und die Elster, die den Beinamen „die starke“ führt (?; heute „Weiße Elster“).  
 Hierher gelangen wir schließlich, als der frühe Abend den ersten Oktobertag  
 225 und die Muße des heiligen Sonntages beendete.  
 Hier betrete ich eine gepflegte Herberge, nicht anders, als wenn ich

ein mit Geld beladener Kaufmann wäre<sup>(27)</sup> (demgegenüber ist jedoch  
